2

Magnifice, Nobilissime, Amplissime Domine Mecaenas plurimum suspiciende,

Utor libertate quam petenti lubens concesseras. Intercessionem tuam apud Illustrissimum Principem humilimè postulo, ut ex numero, qui Celsitudini ejus per suum tabellarium ab Officiarijs comitatus de voluntate ecclesiae proponitur, frater meus Henricus fratri demortuo in ministerio Mörsensi successor detur. Non est meum fratrem cum altero, qui proponitur, comparare aut rationibus multis contendere. Cum in fratre experti sint suum animum et profectum, ut putem non minori cum fructu ecclesiae isti profuturum quam frater natu major, qui dum vixit ab ecclesia amabatur. Causa cur pastores Comitatus in alterum illum magis inclinant, non est alia quam quod sibi invicem non satis fieri putari videantur si quem qui de suo coetu non sit proposuerint, neque vero in Belgicis etiam ecclesijs minus legitima habetur vocatio, si voluntatem ecclesiae consilium classis non antecesserit. Ordini et legibus ubi sunt libenter pareo, easque conservare studeo, ubi non sunt, consuetudinem vice legis habeo in talibus. Res tota jam pendet ab arbitrio celsissimi principis, quem ut intercessione tua mihi fratrique concilies denuo quam officiosissimè precor, beneficium tuo cum prioribus grato semper animo celebraturus. Vale Vir Magnifice, Illo Opt. Max. animitus à me commendatus. Hagae Com. 29 Maij 1645.

M. T.

humilimè devotus

Casparus Streso.

Hug. 37.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Streso) 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2344a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Streso) 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2344a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Streso) 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2344a

Myn Heer
Myn Heer Constantinus
Hugens Heere van
Zuilychem Raedt
en Secretaris van
Zyn Hoogheyt

Breda

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Streso) 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2344a